J. ✠ M.

Nos Fr. BRUNO ZOMPARELLI VICARIUS Generalis

FRATRUM DISCALCEATORUM ORDINIS B. MARIAE VIRGINIS DE MONTE CARMELO EJUSDEMQUE S. MONTIS PRIOR.

QUUM per Bullas fel. rec. Nicolai V *Cum nulla fidelium,* die 7 octobris 1452 et Sixti IV *Dum attenta,* die 28 novembris 1476, indulta sit Superiori Generali Ordinis Carmelitarum, vel ejus Vicario, facultas, perpetuo valitura, erigendi ubique terrarum Tertium Ordinem saecularem Bmae Mariae V. de Monte Carmelo, et per Bullas Clementis VIII *Cum dudum,* die 23 martii 1594 et *Romanum Pontificem,* die 20 augusti 1603, extensa fuerit eadem facultas ad Praepositum Generalem Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, Nos acceptis precibus ut erigamus Congregationem nostri Tertii Ordinis saecularis in Holy Hill, Wisconsin in Ecclesia Ordinis Nostri sub titulo B.V. Mariae Auxilii Christianorum in dioecesi Milvauchiensi et habito consensu Illmi ac Revmi Ordinarii loci, piis hujusmodi petitionibus libenter annuentes praesentium tenore potestatem facimus Rev. Leonard Copeland O.C.D. ut in praefata Ecclesia **Tertium Ordinem saecularem Bmae Mariae Virginis de M. Carmelo et S. Matris Theresiae a Jesu** in congregationem nomine nostro erigat et titulo Directoris moderetur ad normam Manualis eiusmodi Tertii Ordinis a Ven. Definitorio N. Generali approbati.

In quorum fidem dedimus praesentes litteras manu nostra subscriptas atque sigillo officii nostri munitas.

Datum Romae ex Aedibus nostris Generalitiis, die 26 Martii, 1986

Fr. fr. Bruno Zomparelli

Vicarius Generalis

Reg. N. 4 / 86

Fr. David [illegible] ocd

a Secretis